DISSERTATIO INAVGVRALIS

DE

IVRE AFFIGENDI PVBLICE MANDATA VOGTHEIAE IMMEDIATAE CONTRA CENTENAM ASSERTO,

QVAM

PRAESIDE

IO. BALTHASARE WERNHERO,

IVRECONSVLTO,

POTENTISS. POL. REG. ET ELECT. SAX. A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO,

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

D. XVI. NOV. CIↃ IↃ CC XXVII.

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESSENDI

PVBLICE DEFENDIT

IO. GODOFREDVS ELLRICH,

HALENSIS-SAX.

IENAE,

REC. PER IO. BERNH. HELLERVM, 1746.

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMA DISSERTATIONIS.

§. I. Occaſio Scriptionis.

§. II. Explicatio verborum. Unde Vogtheia dicatur? Unde Centena? Ejus ſynonyma.

§. III. Definitio realis. Varia eſt. Qualis h. l. ſupponatur? Vogtheiæ diviſio.

§. IV. Status Controverſiæ. Noſtra ſententia.

§. V. Juris Romani hic nulla autoritas. Differentia Jurisdictionis Rom. & hodiernæ. Verbum Iurisdictionis *ad Terras Immediatas hodie non quadrat. Peperit confuſionem. Poſteriores Codicis Juſtin. libri incongrue, ad Statum Germaniæ, applicatur.*

§. VI. Antiquitates Germanicæ hic parum, vel nihil, probant. Hiſtoricorum, in Jure Publico, autoritas non eſt omni exceptione major. Jus Centenæ, in veterum chartis, non ſemper ſuperiorit. territ. indicat.

§. VII. Quid Jus Centenæ, juxta ſtylum ho-

diurnum ſit, ex LL. Imper. addiſcendum. Eſt jus ſingulare. Stricte interpretandum, neque ad jus, affigendi Mandata, extendendum.

§. *VIII. Probatur (1) ex Pace VVeſtphalica. Oſtenditur hinc, Jus Centenæ, à Criminali Jurisdictione, nihil differre. Vox* ſola *inprimis notari meretur. Planisſimus verborum* P. VV. *ſenſus.*

§. *IX. Probatur (2) ex Diplomatibus fide dignis. Allegantur remisſive. Illis ſimul contraria conſvetudo, & præſcriptio, tollitur. Clauſula notabilis Privilegii Rudolphini.*

§. *X. Probatur (3) ex interpretatione reſtrictiva, in Imperio recepta. Exempli loco adducitur Mandatum Leopoldinum. Jus Centenæ in alieno territorio, competens, ad quat. crimina reſtringitur.*

§. *XI. Non ergo jus, Mandata affigendi, per ſe complecti poteſt.*

§. *XII. Probatur (4) ex ſententiis ſummorum Imp. Tribunalium. Quæ ſit earum autoritas?*

§. *XIII. Deducitur hinc (5) Obſervantia Imperii. De qua etiam communiter ſcriptores teſtantur. Speciatim* WEHNERUS KNICHEN, *aliique. Conſentit* B. HORNIUS. *Sigillatim, quod ad jus affigendi Mandata,* LINKIUS, & HERPFERUS. *Index* Spec. Sax. *ambigue loquitur.*

§. *XIV.*

Digitized by Google

§. XIV. Probatur (6) ex Origine Juris Centenæ. De qua SCHILTERI *conjectura laudatur.*

§. XV. Probatur (7) ex natura & conditione Immedietatis. *Ex hac fluit ſuperioritas Territorial.*

§. XVI. Reſpondetur diſſentientibus, ſpeciatim LVD. HVG. *Comparatio cum poteſtate Statuum.*

§. XVII. HVGONIS *de Super. Territor. ſententia. Territorium ambigue definit. Libertas territorii, non ejus amplitudo, ſpectari debet.*

§. XVIII. DN. A LVDEWIG *notatur, & refellitur.*

§. XIX. Origo Immediatæ Nobilitatis antiquisſima eſt. Probatur ex Diplom. variis. Non omnes Sveviæ Nobiles Ducibus quond. paruerunt.

§. XX. Teſtimonium WIPPONIS.

§. XXI. Nota Immedietatis. Gradus negligentiæ haud probabilis. Falſum eſt, quod, apud Teutones, Vaſallus, ſine diſcrimine, ſubditus ſit.

§. XXII. Corpora, & ſocietates, Nobil. Immed. perperam carpuntur. Inſtitutorum illorum antiquitas.

§. XXIII. Cauſa Immedietatis Nobil. ficta.

§. XXIV. Plures ſemper Jura Nobilium defenderunt quam oppugnarunt. Sed inde nihil, adverſus illos, inferri poteſt.

Digitized by Google

§. *XXV. Clauſula, pro* Nob. *Immed. Capitul. inſeri ſolita, male vellicatur. Quæſtio, de Superiorit. Territ. Nob. quatenus ſit de jure tertii.*

§. *XXVI. Imputatur Ordini Equeſtri feloniæ Crimen.*

§. *XXVII. Sed ſine fundamento.*

§. XXVIII. *Idque vel ſolo, Nobilium Landſasſiorum, exemplo, patet. Ratio denominationum, quæ non jus, ſed liberalitatem ſapiunt.*

§. XXIX. *Commemorantur facta, ſed ſine probatione.*

§. XXX. *Syllogiſmus, in quo arcem cauſæ* Autor *conſtituit. Ad eundem reſpondetur.*

§. XXXI. *Ejus major propoſitio negatur. Potius contraria propoſitio verisſima eſt.*

§. XXXII. *Adeoque, ſi vel maxime minor prop. vera eſſet, vis tamen argumenti nulla foret. Quæ tamen & ipſa non ſimpliciter admitti poteſt.*

§. XXXIII. *Minæ* Autoris *non metuendæ. Cauſæ, propter quas credi posſit, conſilium mutaſſe.*

§. XXXIV. *Principium, hactenus defenſum, etiam in Aula Cæſaris, receptum eſt. Probatur ex noviſſimo Diplomate.*

§. XXXV. *Ampliatio regulæ 1. 2. 3.*

§. XXXVI. *Limitatio.*

§. I. Sub-

Digitized by Google

§. I.

Subinde lites hodie oriri ſolent, inter Nobiles inprimis, Imperio immediate ſubjectos, vicinosque Principes, & Status, qui in terris eorum jus centenæ, ſive pacto, ſive præſcriptione, aliove modo quæſitum, exercent; dum hi, pro eo dilatando, proferendoque, illi autem pro eo reſtringendo, coercendoque, laborant. Sane in Tribunalibus Imperii Summis, Senatu Cæſaris Aulico non minus, quam Camera Imperiali, quæ *VVezlariæ* jus dicit, notiſſimæ ſunt controverſiæ, quæ inter utrosque, nec ſine magnis animorum motibus, hac de re agitantur. Sigillatim nuper admodum contigit, ut, quum, ex decreto Circulorum aliquot Imperii, Mandata quædam, Edictaque, adverſus Cingaros, quos vulgo appel-

Digitized by Google

appellant, aliosque vagabundos, publicanda eſſent, idemque inſtitutum Liber Ordo Equeſtris, in Franconia, & Svevia, comiter invitatus, ſequi paſſim conſtituiſſet, in diſceptationem veniret: *Utrum jus affigendi publice, hujus generis Mandata, penes Vogtheiæ, an Centenæ, Dominos eſſet?* (*a*) Nec dum illa lis, quod ſciam, finita eſt. Ut hinc, data differendi occaſione, operæ me pretium facturum eſſe, exiſtimaverim, ſi, de hoc argumento, quod manifeſta ſe utilitate commendat, meum qualecunque judicium expromerem. Cum à partium ſtudio longiſſime remotus ſim, neque talis commentatio Academica, cuiquam præjudicium afferre, ejusdemque juribus aliquid detrahere queat, ab omnibus me veniam facile impetraturum eſſe, ſpero, confidoque. §. II. Pri-

(*a*) Prodiit de hac quæſtione *Anno 1724.* elegans, & eruditum ſcriptum, cui titulus: **Rechtliche** Deduction **und Erörterung der Frage: Ob das** Jus affigendi literas patentes, **inſonderheit auch gegen die Zigeuner/ und Herrenloſes Geſindlein, der** Cent- **und Fraiſch- oder vielmehr der Voigtey- und** Territorial-**Herr/ ſich mit Beſtand Rechtens zu zueignen habe?** Ejus Autor, quamvis, ſuppreſſo nomine, latere voluiſſe viſus ſit, ut fama fert, eſt Conſultiſſimus, & Juris Germanici non minus, quam Romani, ſcientiſſimus Vir, Dn. D. Roesslervs, Ordini Equeſtri, in Franconia à Conſiliis, multisque e præclaris, in eundem, meritis Celebratiſſimus,

§. II. Primum omnium eſt, ut de vocum, quæ in *Rubrica* Diſſertationis hujus occurrunt, ſignificatione ſoliciti ſimus. Prolixi, præter cæteros, in ea exponenda, ſunt WEHNERVS, BESOLDVS, atque SPEIDELIVS, quos, cum in omnium manibus ſint, exſcribere, nihil attinet. Nobis conjecturam, maxime probabilem, ſecutis, vocabulum, *Vogtheia*, Vogthey, Vogtheyliche Obrigkeit, ab *Advocatia*, originem traxiſſe, videtur; ut defenſionem, ſeu patrocinium, notet; ſicut *Acciſa*, tributi genus, *ab accidendo*, dicitur, & quibusdam in locis Ziſe audit. (*b*) Unde Vogt, apud Germanos, ſignificat Præfectum, Officialem, aut Advocatum, cujus fidei, atque defenſioni, aliquid commiſſum eſt. (*c*) Vocabulum *Centena*, Cent-

 bar=

(*b*) HERT. *Diſſ. de Superioritate Territ.* §. *II. in Opuſcul. Sel. p. 190.*

(*c*) Monet BESOLDVS *in Theſ. Pract. voc.* Vogt/ ex Goldaſto, ipſos Imperatores, & Reges, quondam hoc nomine mactatos fuiſſe. Nec vero erat, cur tam ſolicite inculcaret, eos omnes, qui à Germanis Vögte dicuntur, non ſtatim Imperatores eſſe; ſicuti ex eo, quod brutum vocetur animal, colligi haud poſſit, illud eſſe canem, vel leporem, vel equum. Valde enim ſtupidus ſit, oportet, qui eo argumentandi modo uti velit; præſertim cum nihil frequentius ſit, quam ut Comites, Barones, & Nobiles, in Franconia præſertim, ſuos præfectos habeant, qui

Digitized by Google

barliche Obrigkeit, inde ortum, veroſimile eſt, quod olim Germania, in certos Comitatus, & hi rurſus in Centenas, diſtincti fuerint. His ſingulis judex, *Centgravii* nomine, præerat, Comiti, qui *Gaugraf* dicebatur, vicarii inſtar obnoxius (*d*) Jus Centenæ etiam dici ſolet die Fraiß, ſeu, ut alii efferunt, Fraiſch, Fraiſchliche Obrigkeit; & dominus *Centenæ*, Cent-Herr, Fraiſch-Herr, vocatur. Aliquando etiam, utroque vocabulo juncto, jus hoc, die Fraiſch-*Cent*, appellatur. (*e*)

§. III. Quod definitionem realem nominum, *Centenæ*, atque *Vogtheiæ* attinet, eam ſuppeditari, non adeo in proclivi eſt. Namque non tantum, pro Autorum, ſed & temporum, atque locorum, diverſitate, miris modis variat; ut, quod uno loco huic tribuitur, alibi ad alteram referri ſoleat. Unde utrumque vocabulum, non ſine

Vögte audiunt, & quibus, niſi forte per ſomnium, Imperatoria dignitas in mentem venire nequit.

(*d*) De utraque, *Vegtheia*, & *Centena* peculiares Diſſertationes edidit HENRICUS LINCKIUS, Juris Anteceſſor in Acad. Altorfina. Quas cum aliis, ad materiam jurisdictionis ſpectantibus, peculiari Tractatu edidit CHRISTIANUS LEONHARDUS LEUCHTIUS.

(*e*) Vid. LINCK. *de Centena c. 3. §. 13.* CARPZ. *Pr. Crim. P. 3. q. 109. n. 10. aliique.*

ſine cauſa, Titius (*f*) valde ambiguum, atque incertum appellat. Nobis, hoc loco, juxta ſtylum hodiernum, *Centena* nihil aliud eſt, quam *Jurisdictio Criminalis*, quæ alias, *merum imperium*, audit; Blut-Bann, Hals-Gericht. Reliqua poteſtas omnis, quæ domino loci competit, hic *Vogtheiæ* nomine venit. Eſt vero illa, vel *Mediata*, quæ huc non pertinet, vel *Immediata*, quæ à ſolo Imperio atque Imperatore dependet, & hujus loci eſt. Eademque liberis Imperii Nobilibus, in Franconia, Svevia, & Terra Rhenana, in terris ſuis immediatis, cum alius ibi *Centenam* habeat, competit. (*g*)

§. IV. Cum igitur, in Franconia, aliisque terris Imperii immediatis, haud harum, inſolitumque ſit, ut Princeps, aliusque vicinus Status, in liberorum Nobilium terris, Jus *Centenæ*, ſeu merum Imperium, exerceat, reliqua vero poteſtas, ſub *Vogtheiæ* titulo, penes dominum loci reſideat,

B 2 quæ-

(*f*) *Jur. Priv. L. 8. c. 10. §. 10.*

(*g*) De Nobilitate Immediata, complures Scriptores, ex inſtituto, tradiderunt; quorum Catalogum vide apud D. Burgemeisterum, diligentiſſimum, Clariſſimumque, in hoc genere, ſcriptorem, in ejus *Bibliotheca Equeſtri*, ubi, quicquid ad ejus jura illuſtranda, ullo modo pertinet, magno labore collegit.

Digitized by Google

quæritur: *Utri competat jus affigendi MANDATA, quæ vulgo LITERAE PATENTES audiunt, forte adverſus nauci homines, à quibus incommoda metuuntur, ex decreto placitoque communi, publicanda?* Alii hoc jus, ex *Centena*, derivant. (*b*) Alii contra idem illud Dominis *Vogtheiæ* vindicant. Mihi horum cauſa potior videtur; quam & inpræſentiarum tuendam ſuſcepi.

§. V. Ante omnia, in hoc negotio, quod peculiares Germanorum mores ſupponit, ſequeſtrandæ ſunt Romanorum leges, de *mero Imperio*, latæ. Et ſane non immerito aſinos ad lyram dixeris, qui, cum de jurisdictione Germanorum quæſtio eſt, ad illas, ſine judicio, recurrunt. Jurisdictio Romanorum, immane quantum, ab hodierna, differt. Illa non niſi perſonalis erat; hæc patrimonio cedit, & territorio cohæret; nec minus, quam alia jura realia, aſſeritur, & vindicatur. De hac enim, non de illa, quæſtio nobis eſt. Quamvis etiam, juxta LL. Romanas, merum imperium nihil quicquam de Majeſtate, eidemque analoga, ſuperioritate territoriali, participet, ſed magiſtratui, ex ſpeciali lege, competat, idemque Juris-

(*b*) Sunt hi omnes illi, qui ex jure gladii, ſeu *Centena*, *ſuperioritatem territorialem* evincere ſtudent.

Digitized by Google

Jurisdictio, in nativa ſignificatione ſua, contineat. (*i*) Et in univerſum vox *Jurisdictionis*, ad hodiernum Imperii ſtatum, & eminens illud jus, quod Status, aliique Imperio immediate ſubjecti, in terris ſuis habent, plane non quadrat; nec faſtigium ſuperioritatis territorialis, ſimilisque juris, attingit, vel exprimit. Quamobrem rectius feciſſent Doctores, ſi ab iſta appellatione, in hoc negotio, prorſus abſtinuiſſent.; qua ſemel introducta, receptaque, fieri non potuit, quin maxima confuſio oriretur, dum illi LL. Romanas, de jurisdictione, loquentes, ad ſuperioritatem territorialem, ineptiſſimo inſtituto, applicarunt. (*k*) Imo hæc juris Interpretum, oſcitantia dicam, an temeritas, tandem usque eo progreſſa eſt, ut inſignes etiam JCti, univerſum Jus Publicum Rom. Germ. ex poſterioribus Codicis Juſtinianei Libris, explicare, perperam tentarent. (*l*) §. VI.

(*i*) Ita præſtantiſſimi JCti judicant, inter eosque ſpeciatim LAUTERBACHIUS *Comp. Jur. tit. de Jurisdict. pr.* per *L. 2. §. 16. L. 23. d. O. I. 1. pr. d. Off. ej. cui mand. jurisd. L. 7. §. 2. d. off. Proconſ.*

(*k*) Conf. *Ill. Thomaſii Diſſ. de Jurisdict. & Magiſtratuum differentia, ſecundum mores Germanorum.* Quantum DD. *L. 3. ff. d. Jurisd.* abuſi ſint, obſervat SCHILTERUS *Ex. ad Pand. VI. §. 6. p. m. 107. a.*

(*l*) In horum numero conſtat, inprimis *Taborem* fuiſſe, acri calamo propterea, à *Conringio* exceptum.

Digitized by Google

§. VI. Neque etiam illi audiendi ſunt, qui, in hac cauſa diſceptanda, ad antiquitates Germanicas provocant. Unde conficere ſtudent, jus *Centenæ*, ſeu gladii, ſuperioritatem quandam territorialem inferre, adeoque etiam jus affigendi Mandata, excluſo *Vogtheiæ* domino, complecti. (*m*) Primo enim, non quid olim, jus *Centenæ*, der Blut-Bann, fuerit, ſed quid hodie, ſecundum LL. & uſum Imperii ſit, ſpectari debet, atque in præſentem diſceptationem venit. Namque illos magnopere falli, neceſſum eſt, qui, ex Statu Germaniæ priſco, inprimis ſub Imperatoribus Francis, conditionem noſtrorum temporum, juriumque hodiernorum, metiuntur. Accedit, quod non ſemper fidere liceat iis, quæ forte unus, alterve,

(*m*) Uſi ſunt hoc argumento, qui, pro extenſione Juris Centenæ, intuitu Comitatus Limpurgici, propugnarunt. Neque enim obſcure, ſed palam, & publice, arcem cauſæ, in hoc principio conſtituerunt, quod *Jus Gladii*, Blut-Bann/ ſuperioritatem territorialem involvat. Quo fine, ad antiquitates Germanicas, & priſcam ſignificationem, *Juris Centenæ*, provocatum. Cui inſtituto ſe Franconiæ Status magnopere oppoſuerunt, ut videre licet ex iis, quæ Legati Bambergenſes, A. 1714. d. 21. April. Auguſtæ Vindelicorum, in Senatu Principum, in calamum dictarunt. Vid. laudata *Deductio, in Adjunct. ſub lit. F. p. 115.*

ve, hiſtoricus, de juribus antiquis, eorumque amplitudine, & finibus, tradiderunt. Conſtat enim, pauciſſimos ſcriptorum, ex vero, res geſtas adornaſſe, nec, vel affectui, & ſtudio partium, indulſiſſe, vel ſaltem, ex auditu, ab aliis, ſeriem factorum, & rerum, quas repræſentant, nobis propinaſſe. (*n*) Deinde neque hoc, ex indubiis hiſtoriarum monumentis, oſtendi poteſt, quod jus *Centenæ* olim, ſiue Francorum, ſive ſequioribus temporibus, omnimodam jurisdictionem, vel ſuperioritatem territorialem, promiſcue & ſemper, complexum fuerit. (*o*) Imo vero, qui *Centenarii*,

(*n*) Ingenue hoc fatetur *Giovanni*, ſub quo nomine *Ill.* A LUDEWIG, Cancellarium Halenſem, qui, præ cæteris, in Hiſtoria Germanica, in ordinem redigenda, elaboravit, latere, conſtat, in *Germania Principe*, *de Saxonia*, *cap. I.* §. 21. ubi, cum *Crellii*, Cancellarii, poſt decennalem captiuitatem, Dresdæ, capite truncati, fata retuliſſet, ita exclamat: *O miſera hiſtoria, quæ nubem, pro Iunone, affectuum figmenta, pro rerum geſtarum monumentis, ignave poſteritati obtrudis!* Quod inprimis notandum eſt illis, qui ſæpe, unius, alteriusve, Hiſtorici fidem, ſine judicio, ſecuti, omnia miſcent, & jura publica temere pervertunt.

(*o*) Quandoque tamen, in veterum charis, vocem, Blut-Bann / ſuperioritatem territorialem denotaſſe, obſervat SCHILTERUS *Exerc. 6. adſſ.* §. *9.* & *Jur. Publ. L. I. t. 24.* §. *1.*

rii, temporibus *Carolingicis*, dicebantur, ne quidem, in cauſis grauioribus, judicare poterant; ſed hæ partes, ipſis *Comitibus*, quorum illi velut vicarii erant, relinquebantur. (*p*)

§. VII. Quamobrem, ut in aliis cauſis & quæſtionibus, ex Jure Publico, definiendis, alia longe via ingrediendum eſt. Leges Imperii hic omne punctum ferunt. Ad has primo omnium oculos converti, par eſt, quando, de vocum Juris Publici, hodierno ſignificatu, lis incidit; quidve illæ in receſſu habeant, &, quousque vis, effectusque earum pateat, enucleandum venit. Atqui, ſi has evolvamus, & quid illæ, de Jure *centenæ*, tradant, intueamur, evidentiſſime liquet, eodem nihil aliud, quam C*riminalem Jurisdictionem*, & nihil amplius, ſignificari; tantumque abeſſe, ut per ſe, & regulariter, alias ſuperioritatis territorialis partes involvat, ut potius huic illud contradiſtingvant, & ejus vim, ultra animadverſionem in facinoroſos, extendi debere, negent. Breviter, juxta ſtylum hodiernum, C*entena* jus ſingulare eſt, quod, in alieno territorio, intuitu delictorum, in eo commiſſorum, ſalva ſuperioritate, exercetur; ad

(*p*) Add. *Freber. in Orig. Palat. Knichen de Superiorit. territ. c. 4. n. 79. ſeq. Linck. d. Jurisd. Centenæ, c. l. §. 12.*

ad cujus jura, ſigillatim illud, de quo jam quæritur, citra ſpeciale pactum, vel præſcriptionem, nequaquam produci debet; ſed hæc omnia penes dominum loci erunt, qui, præter Cæſarem, atque Imperium, in territorio ſuo, ſuperiorem poteſtatem haud reveretur. Fluit, & conſequitur hóc, ex natura jurium ſingularium, quippe quæ non alium, quam ſpecialem, & indoli ſuæ conſentaneum, effectum producere valent. *(q)*

§. VIII. Neque vero longe eundum. Ipſa *Pax VVeſtphalica*, quæ merito baſis & fundamentum Status Publici, in Imperio noſtro, audit, ſententiam hanc, verbis clariſſimis, firmat. In quibus cum tantum præſidii ſit, eadem huc recitaſſe, juvat. Ita vero textus (*r*) habet: *Sola Criminalis Jurisdictio,* Cent-Gericht, *ſolumque jus gladii, & retentionis, patronatus, filialitatis, neque conjunctim, neque diviſim, jus reformandi tribuunt. Quæ*

C *itaque*

(*q*) Inculcat hunc interpretandi modum ipſa ratio; ubi, legem, quærere, infirmitas intellectus eſt, ut ait *Surdus de Aliment. t. 1. q. 45. n. 58.* Quod ſi tamen alicui volupe ſit, etiam hic, amplam Legum Doctorumque notitiam oſtentare, magnam eorum farraginem reperire poterit, apud BARBOSAM *Loc. Comm. voc. ſpecies, & voc. ſingulare.*

(*r*) Eſt is §. *43. art. V.*

Digitized by Google

itaque hoc colore reformationes huc usque irrepſerunt, pactisve intruſæ ſunt, caſſantor, gravati reſtituuntor, & inpoſterum ab ejusmodi penitus abſtinetor. Quomodo clarius, & evidentius, exprimi poterat, *Centenam* jus ſingulare eſſe, idemque intra terminos atque limites, graviorem criminum, eorumque coercitionis, contineri, neque ulli extenſioni locum relinqui debere? Principio enim Centena, Cent-Gericht, per *Criminalem Jurisdictionem* explicatur, &, hæc duo revera Synonyma eſſe, indigitatur. Atqui criminalis jurisdictio per ſe nihil aliud infert, quam jus, in crimina grauiora, animadvertendi; quod Jure Romano *merum imperium, & gladii poteſtas*, dicitur. (*s*) Quam poteſtatem alius quisque, etiam inferior, in ſuperioris territorio, exercere poteſt; ut tamen, in cæteris juribus, huic nihil quicquam decedat. Imo conſtat, etiam ſubditos Statuum, ab his, cum mero imperio, quotidie inveſtiri ſolere. Tantum abeſt, ut hæc jurisdictionis ſpecies, ad alias ſuperioritatis territorialis partes, pertineat. Præterea vox *ſola*, quæ in textu memorato occurrit, liquido indicat, jus gladii ſolum, non habere ſuperioritatem annexam, ſed, ab hac, longe ſejunctam eſſe.

Unde,

(s) Vid. *L. 3. ff. d. Jurisd. L. 6. pr. d. Off. Proconſ.*

Digitized by Google

Unde, hujus effectus, ſcil. jus reformandi, domino centenæ, expreſſe denegatur. Ut hinc liquidiſſimus verborum ſenſus hic ſit, eum, qui criminali tantum jurisdictione, in aliquo loco, gaudet, jus reformandi in eo propterea exercere non poſſe, quia ſuperioritate territoriali, cui illa cohæreat, deſtituatur. Et, ne dubitationi locus ſuperſit, jus Centenæ ibi, cum aliis juribus ſingularibus, jure *retentionis*, *patronatus*, & *filialitatis*, comparatur; quorum nullum per ſe alterum contineat, & quæ, neque conjunctim, neque diviſim, jus reformandi tribuant. (*t*)

§. IX. Præterea, ex Diplomatibus indubiis, & quorum fidem nemo hactenus, in dubium vocare auſus, liquido apparet, eandem interpretationem reſtrictivam juris *Centenæ*, & quod nihil, niſi jus aliquod ſingulare, involvat, inde ab antiquiſſimis temporibus invaluiſſe. Non dubito, innumera hujus generis ſcripta, è ſcriniis liberi Equeſtris Ordinis, depromi poſſe. Sed, ut id fiat, opus haud eſt. Sufficere poſſunt illa, quæ apud *Limnæum* (*u*) & noviſſime apud *Burgemeiſterum*

(*t*) Add. Bukisch. *Obſ. ad Inſtr. Pac. c. l. & Autor Meditat. ad illud, c. §.*

(*u*) *Jur. Publ. Tom. 1. L. VI. cap. 3.*

rum (*x*) *atque Lunigium*, (*y*) alibique, typis expreſſa, magna copia habentur; ubi Principes, aliique Status, quibus in Nobilium Immediatorum terris *Centena* competit, ſub hoc colore, & illius obtentu, unter dem Schein der *Cent*, und *Cent*licher Gerichte, ut verba expreſſa habent, eos, in reliquorum jurium exercitio, impedire, aut turbare, ſub gravi pœna vetantur. Imo, quod inprimis memoratu dignum, omnis contraria conſuetudo, & obſervantia, antiqua licet, & præſcripta, diſertis ſimul verbis prohibetur. Ita enim habent verba, cum aliorum, tum illius ſigillatim Diplomatis, quod à *Rudolpho II. Imperatore*, *A. 1605.* datum, *Limnæus* (*z*) recitat: Da auch ſchon einer, oder der andere, wes Würden, Stands, oder Weſens, der immer ſey, zuwieder dieſer von uns ertheilten Freyheit, etwa ein ander Herbringen, und Gewohnheit, oder auch einige Freyheit, Gerechtigkeit, Statut, oder Ordnung, vorwenden, und ſich darmit wieder;

(*x*) *Biblioth. Equeſtr.* paſſim.

(*y*) Vid. *Index Gener. Archivi Imper. voc.* Reichs-Ritterſchafft.

(*z*) *Jur. Publ. Tom. I. VI. 3. n. 64.* in med.

wieder, obgemeldet unſere Käyſerliche Freyheit, zu behelffen, vermeynen wolte: So wollen Wir doch, daß ſolches alles, wie daſſelbe Nahmen haben möchte, dieſer unſere Käyſerlichen Freyheit, in wenigſten nichts derogiren oder benehmen, noch auch der obgenannten Ritterſchafft, am Rhein-Strom, und in der Wetterau, oder derſelben Mitglieder, wie auch derſelben Erben, und Nachkommen, in einige Weiß præjudicirlich ſeyn ſolle ꝛc.

§. X. Imo vero Centenæ jus, quod in alterius, ſive Status, ſive Nobilis Immediati territorio competit, juxta interpretationem, in Imperio receptam, & publica Cæſarum auctoritate ſtabilitam, ne quidem ad caſus criminales omnes pertinet, ſed ad quatuor delicta graviora, *homicidium, incendium, ſtuprum violentum, & furtum*, expreſſe reſtringitur. Ut hinc non tantum reliquorum jurium omnium exercitium, ſed & criminum, quatuor illis tantum exceptis, coercitio, ad dominum *Vogtheiæ*, ſpectet. Ita enim, cum Glorioſiſſimis Anteceſſoribus ſuis, *Divus Leopoldus, Imper.* in *Mandato Generali, ſub dato d. 24. Nov. 1678.* ad omnes Imperii Status emiſſo, Equeſtri libero Ordini

dini expreſſe proſpexit. (*aa*) Verba, quatenus huc faciunt, ſequentia ſunt: Nicht weniger auch gebiethen Wir ferner, bey obberührter *Pœn*, hiemit ernſtlich, und wollen, daß niemand, wer er auch ſey, mehr beſagte, unſere unmittelbahre Reichs-Ritterſchafft in Francken, aller 6. Orten, und Dero von Alters angehörige einverleibte Adeliche Mitglieder, und Ritters-Genoſſen, ſamt oder ſonders, mit einiger Botmäßigkeit, Erb-Huldigung, Erforder- und Bezwingung, auf die Land-Täge, Reichung der Reichs-Land- und Tranck-Steuer, Schatzungen und Straffen, und andern dergleichen Auflagen, und Dienſtbarkeiten, wieder ihre Adelichen Freyheiten, und Dero Vor-Eltern, Exemtion, keines Weges beſchweren, von Beſuchung der Ritterlichen Zuſammenkünfften abhalten, noch unter ihre Obrigkeit, und Landſaſſerey zu dringen, unterſtehen, ſondern ſie bey erlangten Freyheiten, Privilegiis, alten Herkommen, und Gewohnheiten, unbe-

(*aa*) Vid. Ritter-Ordnung / *p. 269. ſeqq.* Add. *Deductio Rœsleriana*, *in Adj. ſub lit. A.* ubi in *Rubr.* ſimul commemoratur, Mandatum illud, ab hodierno Imperatore, Invictiſſimo *Carolo VI.* qui, rerum geſtarum gloria, dudum *Magni* nomen promeruit, repetitum, confirmatumque eſſe.

unbetrübt und ruhig verbleiben laſſen, zu ſolchem Ende auch vielbeſagte Ritterſchafft, oder derſelben Adeliche Mitglieder, Unterthanen, und Zinß-Leut, auch alle derſelben Haab, und Güter, weder mit perſonal- noch real- Arreſten in keinerley Weiß nicht anfechten, noch auch ſonſten an ihrer habenden und hergebrachten Jurisdiction, Gerichten, Vogthey, und Erkänntniß, es wäre gleich, daß ſolches unter dem Schein der Centh- und Centlichen-Gericht, oder ſonſten beſchehe, turbiren und beſchweren, oder an einiges ihrer Unter-Land- und Hoff-Gerichten, in keine Weiß noch Weg furnehmen und ziehen. Da aber einiger auf deren von Adel Unterthanen und Zinß-Leuthe berührte Cent, unſtreitig hergebracht, ſelbige über die gewöhnliche Vier Fäll, wie vor Alters herkommen, als da ſeynd, Mord, Brand, Noth-Zucht, und Diebſtahl, in keinerley Weiß, noch Weg, thätlich und neuerlich extendiren, noch exerciren, nicht minder alle eigenmächtige That-Handlungen, mit Pfänden, Einfällen, Fahen, Verſtrickungen, Straffen, und Vergewaltigungen, einſtellen, und dargegen in ihren habenden Spruch und Forderungen den ordentlichen Weg Rechtens ſuchen, und an deſſen Austrag ſich ſättigen

tigen laſſen, hierwieder nicht thun, noch hierinnen ſäumig oder ungehorſam ſeyn, als lieb ihnen iſt, obbeſtimmte Pœn zu vermeiden: Das meynen wir ernſtlich ꝛc. (y1)

§. XI. Quocirca, ſi quis *Centenæ* jus, in Equitis liberi terris habeat, ultra memoratos quatuor caſus, illud extendi, nefas. Unde ſua ſponte conſequitur, jus, Mandata affigendi, eidem nullo modo vindicari poſſe; quippe quod, cum illis criminalibus cauſis, quæ intra ſolam coercitionem conſiſtunt, nihil commune habet. Et, unum ex altero exſculpere, revera eſſet, à baculo, ad angulum, argumentari velle. Aliud ſane eſt, in delinquentes animadvertere, quod ſolum juris Centenæ objectum conſtituit, (z1) aliud, Mandata, quæ communem tranquillitatem reſpiciunt, publici juris, in territorio, facere. Hoc jus, ſub priori illo, nequaquam continetur.

§. XII. Neque aliam interpretationem ſumma Imperii Tribunalia, inde ab antiquiſſimis tempori-

(y1) Plura, in eundem ſenſum Mandata, eademque ab antiquioribus temporibus repetita, apud Autores, ſuperius citatos reperire licet.

(z1) Neque enim, in legibus ferendis, ſed, in delictis puniendis, Jus Centenæ verſatur.

Digitized by Google

poribus, ſecuta ſunt. Quorum ſententiis, & rebus judicatis, omnem auctoritatem detrahere velle, hominis eſt, non modo rerum Germanicarum imperiti, ſed & impudentis, & animadverſione potius, quam reſponſione, digni. Solet hic eſſe mos naſutulorum quorundam hominum, ut ſententias, ſummorum licet Tribunalium, carpant, atque arrodant; veluti nullius illæ autoritatis ſint, neque, in cauſis definiendis, ullo modo, attendi debeant. Aliud ſane, & ratio ſvadet, & ipſæ leges ſanciunt; quod nempe, in dubiis caſibus, id ſpectari debeat, quid retro obſervatum, in illis, judicatumque fuerit. (z1) Etſi enim hujusmodi res judicatæ, pro legibus, habendæ non ſint, neque illarum auctoritatem habeant, multum tamen, ad earum interpretationem, conferunt. Hujusmodi vero ſententiæ, quæ jus *Centenæ* ad ſolas criminales cauſas reſtringunt, atque à ſuperioritate territoriali ſeparant, complures, à Judicio Camerali, diverſis temporibus, latæ ſunt; quas MEICHSNERUS, THULEMARIUS, & DEKHERUS in *Deciſ. Cameralibus*, ſtudioſe collegerunt, &, quas huc repeti, ſupervacaneus labor foret. Addi tamen meretur

 novis-

(z1) Vid. *L. 39. ſeq. d. LL. l. 2. §. 24. d. O. I. L. 24. ad Munic. Struv. Juriſprud. R. G. F. L. I. t. 2. §. 20.*

noviſſima ſententia *A. 1723.* in cauſa Marchionis, Brandenburgo-Onoldini, & Senatus Norimbergenſis, publicata; ubi, pendente lite, Marchioni exercitium Centenæ, laudato Senatui vero, Superioritatis Territorialis exercitium, certo in loco, adjudicatum fuit. (*aa*) Sed & plurima Mandata, è Summo Cæſaris, Imperiique, Senatu Aulico, prodierunt, quibus ſpeciatim reſtitutio Literarum, quas vocant, Patentium, à vicinis Statibus, obtentu Centenæ, avulſarum, ſerio & graviter, imperata eſt. (*bb*)

§. XIII. Atque hujus generis res judicatæ, à tam Auguſtis Imperii Tribunalibus profectæ, ſine dubio multum faciunt, ad conſvetudinem, ſeu *obſervantiam*, quæ vulgo des Reichs Herkommen, (*cc*) audit, probandam; ſi jus ſcriptum deficeret,

(*aa*) Recitat illam *Autor cit. Deductionis*, *in Adj. ſub litera B.*

(*bb*) *Idem c. l. ſub lit. O. P. Q.*

(*cc*) De Obſervantia Imperii noviſſime, ex inſtituto, egit *Excell. D.* SPENERUS, in *Jur. Publ. Germ. L. 1. cap. XI.* ubi fundamentum ejus inprimis ex tacito pacto, inter Cæſarem, & Status repetit, & ſimul modos, illam, ubi in dubium vocatur, probandi, tradit; quibus, meo judicio, hic, qui à rebus perpetuo ſimiliter judicatis, deſumitur, merito adjungi poteſt. Add. KULPIS. *d. Obſerv. Imperiali.*

Digitized by Google

ficeret, atque ad illam confugiendum eſſet. Cui probationi haud exiguum adminiculum, ex teſtimonio celebratiſſimorum Scriptorum, qui inſtituta Germanica illuſtrarunt, accedit. Hi vero, tantum non uno ore, communiter tradunt, *Centenæ* jus, juxta ſtylum Imperii, ad modulum juris alicujus ſingularis, æſtimandum eſſe, reliquam poteſtatem omnem, penes *Vogtheiæ* dominos, qui civilem jurisdictionem habent, reſidere. Ita ſigillatim VVEHNERUS, quem fere recentiores, in hoc argumento, exſcribere ſolent, & qui, præ cæteris, vim Teutonicarum vocum calluit, verbum *Vogtheiæ* explicat; (*dd*) *De conſvetudine*, inquit, *illa* Vogthey, *vel potius* Vogtheyliche Obrigkeit und Botmäßigkeit *eſt, quæ exercetur territorii ſeu principatus jure.* Igitur *jurisdictio Civilis Vogtheiæ* amplitudinem non penitus exhaurit, nec eandem ſatis exprimit. Eodem modo *Vogtheiæ* ſignificationem, ante VVEHNERUM, ANDR. KNICHEN explicuit. (*ee*) Eosdem, magno numero, ſecuti ſunt alii, quos apud LEUCHTIUM, BURGEMEISTERUM, ROESLERUM, *citatis locis*, & alibi paſſim, relatos videre licet; unde maximus Catalo-

D 2 gus,

(*dd*) *Obſ. Pract voc.* Vogthey *p. 488.*
(*ee*) *C. 4. d. Sublim. territ. n. 356. ſeqq.*

gus, ſi operæ pretium foret, facili negotio, confici poſſet. Imo vix quiſquam eorum, qui ſubleſtæ fidei haud ſunt, occurrit, qui, hunc *Vogtheiæ* ſignificatum, aperte negare, haud erubuerit. In eandem ſententiam conceſſit B. HORNIUS, *(ff)* quod nempe in dubio, ubi lis de ſuperioritate territoriali oritur, hæc penes illum reſidere putanda ſit, qui jurisdictionem Civilem, non vero qui Criminalem, exerceat. Addit exemplum de *Colonia Agrippina*, quæ Civitas immediata ſit, atque Superioritate polleat, quamvis Elector, atque Archiepiſcopus, ibi jus gladii habeat. Speciatim, quod jus affigendi Mandata attinet, illud, non ad *Centenæ*, ſed *Vogtheiæ*, dominos pertinere, LINCKIUS *(gg)* monet, & ſuperioritati territoriali illud adſcribit HERPFERUS. *(hh)* Taceo, quod verbum Vogthey, cujus mentio in *Speculo Saxonico* *(ii)* fit, in ejus Indice, eidem adjecto, denotare dicatur, die Herrſchafft / die einer über ein Ding / oder Guth habe.

(ff) Juriſprud. Feud. c. 7. §. 14.

(gg) Diſſ. de Jure Vogtheiæ, cap. 3. §. 5. Verba hæc ſunt: *Domini Vogtheiæ* ſeyn nicht ſchuldig / zu verſtatten / daß die Zent-Herren / Mandata, und andere Brieffe / in ihren Flecken und Dörffern / anſchlagen.

(hh) Nobil. Controv. de Juriſdict. Dec. I. quæſt. 6.

(ii) L. I. a. 59.

Digitized by Google

habe. Neque enim opus eſt, ut illius *Speculi* auctoritate, quæ tamen in hujusmodi negotio, non plane nulla eſt, hoc loco utamur; præſertim, cum verbum Herrſchafft, ambiguum ſit, neque præciſe ſublimem poteſtatem indicet.

§. XIV. Quodſi originem juris *Centenæ* inveſtigemus, ac recolamus altius, novum pro ea, quam defendo, ſententia, argumentum ſubnaſcitur. Etſi enim hæc valde obſcura ſit, omnium tamen maxime probabilis SCHILTERI (*kk*) conjectura videtur; qui hujus juris originem, ad turbulenta illa, quibus Germania, durante interregno, involvebatur, tempora refert. Cum enim domini locorum, præſertim immediati Nobiles, non ſufficientibus ſe viribus, ad criminalem jurisdictionem exercendam, inſtructos intelligerent, eam vicinis dediſſe videntur, ſive privative, ſive ſimul cum ipſis exercendam. (*ll*) Quo pacto non poteſt non talis conceſſio ſtrictiſſime intelligi, & explicari, neque ullo modo in eorum præjudicium,

D 3 intuitu

(*kk*) *Exerc. ad Pand. VI. §. 10. in fin.*

(*ll*) Hinc centena, in *propriam* & *ſimultaneam*, ſeu *Communem*, die geſammte Zent / dividitur, prout quis eam ſolus, aut cum alio exercet. CASP. LEIPOLD. de *Concurr. Jurisd. Linck. de Centena, Cap. 1. §. 16.*

Digitized by Google

intuitu reliquorum jurium detorqueri. Sed, cum hæc mera conjectura ſit, cujus veritas nondum, ex certis hiſtoriarum monumentis, ad liquidum perducta eſt, peculiare præſidium in ea, conſtituere nolim; præſertim cum præſens cauſa tam firmis fundamentis innitatur, ut fulcris, tam longe petitis, nequicquam indigeat.

§. XV. Transeo ad aliud ſententiæ meæ fundamentum, ex ipſa natura, & indole, Terrarum Immediatarum, quas Liberi Equites, in Franconia, Svevia, & Terra Rhenana, poſſident, petitum. Cum enim hæ, ſine medio, Imperatori, atque Imperio ſubſint, patet, earum dominos, *intuitu Statuum*, omnia in illis jura libere exercere poſſe, niſi quæ Status, aliique vicini, ſibi competere, & à ſe legitime acquiſita eſſe, oſtendere queant. Hactenus par eſt Territoriorum, in Germania, conditio, ſive magna illa, ſive exigua ſint, ut nemini liceat, in aliena ditione, quicquam ſibi juris arrogare, niſi juſto titulo ſuffultus fuerit. Poteſtas, ſoli Imperatori, atque Imperio, ſuo modo ſubordinata, omnem aliam excludit. Ipſum dominium terrarum immediatarum, hujusmodi poteſtatem, ſi ab Imperatore, & Imperio, receſſeris, involvit; ſive deinceps eam *Vogtheia Immediata*,

ſive

ſive *Superioritatis*, (*mm*) ſive alio quocunque nomine, appelles. Ut hinc exiſtimem, inanem litem eſſe, quæ liberis Equitibus, ſuper territoriali poteſtate, movetur. Neque enim negari poteſt, eos perinde, ut Principes, aliosque Status, neminem in ſuis caſtris, & prædiis, ſuperiorem agnoſcere, præter Imperatorem, adeoque, pari cum illis jure, ibi, ſuo modo, ſummos eſſe, h. e. ſuperioritatem territorialem habere. Hæc enim revera idem ſignificant; niſi quis forte vocabulo ludere, eidemque aliam, atque aliam, ſignificationem tribuere velit. Namque omnia illa, quibus Equites immediatos paſſim carere videas, abeſſe poſſunt, ſalva ſuperioritate quadam in territorio. (*nn*) Ut hinc non perperam feciſſe judicem, qui inter *Suprema-*

(*mm*) Vox hæc quondam ignota fuit, ejusque origo, ad recentiora tempora, referri debet; ut omnes, qui de *Superioritate Territoriali* commentati ſunt, fatentur. In re nova, quæ &, à Majeſtate, & à jurisdictione, differt, novo vocabulo opus fuit. Alii, *jus ſublime territorii*, vocare malunt.

(*nn*) Quippe nec Statibus, pari plenitudine, atque ſplendore, competit; Sed ſemper intelligenda, pro conditione & habitu terrarum immediatarum, quibus inhæret. Hinc à SCHILTERO *L. 1. Inſt. Jur. Publ. in plenam, & minus plenam*, dividitur. Illam *regularem*, hanc *irregularem*, vocat *Hert. d. Super. Terr. §. 4.*

Digitized by Google

prematum, & *Superioritatem*, *in ſpecie ſic dictam*, diſtinxerunt. Quod à Caesarino Fvrstenerio, in *Diſcurſu de Suprematu* (*oo*) factum eſſe, conſtat. Unde Clariſſimæ memoriæ JCtus Titivs, in *Spec. Jur. Publ.* non tantum Superioritatem territorialem Nobilibus Immediatis tribuit, (*pp*) ſed & eosdem, ſuo modo, Statibus annumerare, non dubitat, (*qq*) prout nempe, hoc, vel illo modo, Status deſcribitur; & vel plura, vel pauciora, requiſita ad eundem concurrere debere judicantur. Quamvis, ſpectato, ut fieri par eſt, LL. Imperii ſtylo, proprie Status haud ſit, niſi qui, jure ſuffragii, in comitiis, gaudet. (*rr*)

§. XVI. Quamobrem facile diluuntur ea, quæ nonnulli, Superioritatem liberis Equitibus denegantes, urgent. Inter hos præſertim Lvdolphvs Hvgo, Cancellarius quondam Hannoveranus, in *libello, de Statu Regionum Germaniæ*,

(*oo*) Hujus Autorem, ferunt, *Leibnizium*, eſſe, virum, ingenio, atque recondita doctrina, ſummum.

(*pp*) *L. 3. c. 4. §. 16.*

(*qq*) *L. 3. c. 1. §. 44.* ubi addit, *quod ideo non plus juris illis tribuat, quam juxta communem ſententiam habent.*

(*rr*) Dico, *jure ſuffragii*; nam exercitium, ſeu poſſeſſio, ad eſſentiam Status, haud pertinet. *Kulpiſ. ad Monzamb. c. 2. §. 8. ſeqq.*

Digitized by Google

niæ, (*ss*) contendit, *Superioritatem, proportione quadam, Juribus Majeſtatis reſpondere; Jura autem Majeſtatis habere cenſeri, non qui cuicunque hominum cœtui, ſed qui, ſocietati civili, ſumma cum poteſtate, præſit.* Verum eſt, ſi Majeſtas definiatur, quod ſit ſumma in civitate poteſtas, eam habere non poſſe, niſi cui civitas ſubjecta ſit. Sed, ſi de ejus analogo, pro quo ſuperioritas territorialis haberi ſolet, quæſtio ſit, circa abſurditatem, etiam Nobilis Immediatus dici poteſt, Majeſtatem analogice, hoc eſt, improprie talem, in terris ſuis habere. Conſtat enim, inter analoga, unum altero nobilius eſſe, unum propius, alterum longius, ab eo, cujus eſt analogum, abeſſe; Majus & minus, ut vulgatum habet, ſpeciem haud mutat. Unde nec exemplum de *patrefamilias*, ab HUGONE *c. l.* adductum, quicquam conficit, cum ait: *Paterfamilias, nulli Reip. ſubjectus, ſummum in ſuos imperium exercet; quomodo ſane veteres, antequam in civitates coirent, familias ſuas regebant; atque ejusmodi familias in multis Mauritaniæ, & Americæ regionibus, ſupereſſe, ſcribit Bodinus; etſi igitur, inquam, talis paterfamilias latum fundum ſupremo domini jure poſſideat, jus vitæ & necis in ſuos exerceat,*

E

(*ss*) *Cap. V. §. 6.*

Digitized by Google

ceat, bellum etiam gerat, pacem & fœdera cum vicinis faciat; nemo tamen, eum vera jura Majeſtatis habere, dixerit. Hæc enim ad Remp. regendam referuntur. Sicuti enim largimur, veræ Majeſtatis inſtar hujusmodi dominium non habere, ita non apparet, cur analogice ita dici haud queat. Etſi enim nulla proportio ſubſit, intuitu multitudinis, quæ civitatem, & illam, quæ prædium, ſeu caſtrum, conſtituit; ad analogum tamen ſatis eſt, poteſtatem Nobilium, in terris ſuis, non minus ſummam eſſe, quam eam, quæ Principibus, in ſuis territoriis, competit. (*tt*) Quamvis nemo ſanæ mentis inficias iturus ſit, ad Majeſtatis faſtigium propius accedere Superioritatem, qua Electores, aliique Principes, eminent, quam quæ, Nobilibus immediatis, adeſt. Unde nec abſurdum fuerit, vicis, quos memorat, aliisque civibus immediatis, quatenus terras immediatas poſſident, Superioritatem in his aſſerere.

§. XVII.

(*tt*) Sive enim *Jus territorii* deſcribas per *poteſtatem in territorio, ſeu diſtrictu quodam terræ Immediatæ*, cum *Autore Meditat. ad Inſtrum. Pac. in Mantiſſa I. ad Spec. IV. de Super. territ.* §. 15. ſive cum HERTIO, *Diſſ. de Super. Territ.* §. 3. per *Facultatem ordinandi regionem, libere & proprio nomine, competentem, quatenus majori Reip. non eſt adſtricta;* utraque definitio, Nobilitati Immediatæ, apprime convenit.

§. XVII. Plane ſi quis, ut *Hugo* facit, eam tantum Superioritatem territorialem, analogum Majeſtatis, vocare velit, *quæ in regenda Rep. ex pluribus corporibus conſtante, verſetur*, nemo tam ſtupidus fuerit, qui hanc, libero Nobili, qui ſimplici fortaſſis pago præeſt, tribuere velit; eadem tamen deneganda haud fuerit Equiti, qui & ipſe, ut passim uſu venire ſolet, unam, vel plures, urbes regit. (*uu*) Nec vero definitio *Territorii*, quam *Hugo c. l.* adducit, quod ſit *univerſitas ditionis, quæ ſpecialem habeat titulum, & ad unius juſtam adminiſtrationem reſpiciat*, à conditione terrarum, quæ ad ordinem Equeſtrem pertinent, abhorret. Quod enim illa tantum ſit juſta adminiſtratio, *quæ juſtam civilis Regiminis ſpeciem habeat*, vel gratis, & ſine fundamento, dicitur, vel ad terras, Nobilium immediatorum, æque applicari poteſt. Igitur utique, cujuslibet ſpatii terræ, libera poſſeſſio, ſufficit ad hoc, ut quis illius, intuitu, Superioritatem habere, ſuo modo, dici poſſit. Si enim, quod Hv-

(*uu*) Sane, etiam inter *Lib. Barones*, quibus tamen pauci *Super. Territ.* denegant, dantur, qui non *Remp. ex pluribus corporibus conſtantem*, ſed tantum unum, alterumque vicum, poſſident; ut hinc argumentum, ab anguſtia terrarum, deſumtum, adverſus Nobiles Immediatos, nequicquam urgeatur.

Digitized by Google

eo contendit, tanta univerſitas ac ditio requiratur, ut juſtæ Reip. capax ſit, etiam Principum, multoque magis Comitum, Baronum, & liberarum Civitatum nonnullis, non adeo amplo territorio inſtructis, Superioritas territorialis deneganda eſſet. Ut igitur liberi Equites veram Superioritatem habeant, ſufficit, eos tam ampla, in ſubjectos ſibi homines, poteſtate pollere, atque Comites, & Barones, Imperio immediate ſubjecti, habent. Numerus ſubditorum, magnus ille, an parvus, ſit, ad hanc rem nihil momenti afferre poteſt. Alia etiam eſt Superioritas territorii, alia perſonæ & dignitatis. Hujus intuitu, ultro & ſine controverſia, prærogativam Equites, Ordinibus Imperii, relinquunt. Nec magis multo, ſi tempora turbulenta, & publicos motus, ſpectes, Comites, & Barones ſinguli, ſibi ſufficiunt, quam Nobiles Immediati. (*xx*)

§. XVIII. Noviſſime ſe, Equeſtri Ordini, valde

(*xx*) Igitur potentia, quam exteri reformidare debeant, & quæ tantis viribus ſuccincta ſit, ut ſe ſola, adverſus hoſtium aggreſſiones, tueri queat, non eſt neceſſarium *Super. Territ.* requiſitum, quæ & magis relationem ad ſubditos, quam extraneos, habet. Unde, cum in *immanentem*, & *tranſeuntem*, diſpeſcitur, illius ratio, ſine dubio, potior eſt.

Digitized by Google

valde iniquum præbuit, *Ill. a* Ludewig, Cancellarius Halenſis, in der Erläuterung der güldenen Bull, (*yy*) ubi Nobiles Immediatos, tantum non libertatis uſurpatores appellat, eosdemque Superioritatis territorialis prorſus capaces haud eſſe, vehementer contendit. Originem eorum ad illa tempora refert, ubi Imperatoribus, loco ſervitiorum militarium, pecunia ſolvi cœperit. Hac enim nimium gravatos Nobiles, Principibus ſubjectos, his conniventibus, ipſos Imperatores adiisſe, &, de ſervitiis, cum illis transegiſſe, putat. Audiamus ejus verba, quibus ſeriem hujus negotii adornat. Ita vero *Ille c. l.* Weil vielleicht die Landes-Herren die Taxe zu hoch geſetzet, daß es dem Adel zur Laſt gediehen, ſolches anzuſchaffen, oder durch öfftere Collecten, wieder von ihren Unterthanen heraus zu bringen, ſo hat ſich die Ritterſchafft in allen dieſen drey Landen 1) Francken, 2) Schwaben, 3) Rhein-Strohm, dawieder geleget, und vorgegeben, daß ſolche nicht gewohnet wären, ihrem Lehens-Herrn andere Dienſte, als mit ihrem Leib, zu thun, dahero ſie ſich in keine Schatzung ziehen lieſſen, vielmehr zum Dienſt des Käyſers und des Reichs, mit Leib und Blut bereit

(*yy*) *Tit. 29. §. 1. p. m. 1029. ſeq.*

reit wären, und in dieſer Zwiſtigkeit, hat der Käyſer ſich mit ſolcher Ritterſchafft geſetzet, ſolcher einen eigenen Hauffen, und zum Zeichen deſſen, die St. Georgen-Fahne gegeben, dagegen ſich die Landes-Herren anfänglich nicht geleget, ſondern geglaubet haben, daß es ihnen gleich viel gelte, wenn der Käyſer den Adel ſelber, aufzuruffen, ſich die Mühe nähme, und die Landes-Herren mit ſolcher Mühe verſchonete: Dahingegen dieſe geglaubet, daß ihnen dadurch an ihrem Landſäſſigem Dienſt, welchen ſie von ihrem Lehenbahren Adel, gleich denen andern Provinzien, fordern könnten, nichts abgehen, auch in allen andern, zur Landes-Hoheit, gehörigen Stücken, ſie nichts verliehren würden; es hat aber, von ſolchen Zeiten an, die Ritterſchafft von aller Landſaſſerey, bey ſo erwünſchter Gelegenheit, ſich loß zu helffen, und, allein mit dem Käyſer, zu ſetzen geſuchet. Atqui ipſe *Celeberr. Autor eodem lib.* cum alibi, tum ſigillatim, *tit. 29. §. 7. p. 757.* Nobiles Francos, atque Rhenanos, ab onere Landſaſſiatus, excepit. Ita enim ibi: Ferner da alle von Adel in andern Provintzen, auſſer der Rheiniſchen, und Fränckiſchen, ſchlechterdings Landes-Saſſen geweſen. (zz) §. XIX.

(zz) Plura loca, ubi *Ill. Vir* huic ſuæ hypotheſi,

§. XIX. Porro, ex indubitatis Annalium monumentis, conſtat, originem Immediati Equeſtris Ordinis, ad antiquiſſima tempora, referendam eſſe. Cujus aſſerti veritas, ex hiſtoria, dudum ab aliis evicta eſt. Addo ego aliquot diplomata, omni exceptione majora. Unum eſt *FERDINANDI I. & MAXIMILIANI II.* (*aaa*) in quo hæc verba habentur: **Von dem an, da das Kayſerthum auf die Teutſche Nation kommen, allein, und ohne alles Mittel, Freye Reichs-Ritterlichen Adels-Perſohnen geweſen, und noch ſeyn.** Alterum eſt *Imp. MATTHIAE, A. 1615. d. 27. Maj.* ad immediatam Nobilitatem emiſſum; ubi laudatus Imperator, de illius antiquitate, ita diſſerit: **Daß euere Voreltern je und allezeit, und ſo lange unſere Teutſche Nation den Scepter des Römiſchen Kayſerthums erworben und geführet, mit treuer** Devotion, **und Erzeigung ſtandhafft- und Ritterlichen Dienſten, von niemand anders, denn von unſern Vorfahren am Reich,**

ipſemet haud obſcure contradixit, collegit D. SPENERVS *in Jur. Publ. Germ. P. 3. L. 2. c. 7. §. 4. Not. f. p. 18. ſeq.* ubi ſimul complures illi quæſtiones, atque difficultates, propoſuit; ad quas ſolide reſponderi poſſe, diffido.

(*aaa*) Ejus integrum tenorem vid. ap. BVRGEMEISTERVM *in Cod. Diplom. p. 106.*

Digitized by Google

Reich, NB. von viel hundert Jahren, ohnmittelbahr dependirt verblieben, ſich auch unter deren Immedietät und Protection, wohl befunden. Et quamvis nemo neget, poſt extinctam, per mortem *Conradini*, Ducum Sveviæ Familiam, plurimos Nobiles, illis antea ſubjectos, in libertatem ſe aſſeruiſſe, atque immediatos eſſe factos, fatendum tamen ſimul eſt, etiam durante illo Ducatu, in ipſa Svevia, non tantum Nobiles, ſed & Comites fuiſſe, ſoli Imperatori, atque Imperio, obnoxios.

§. XX. Evincunt hoc luculenta hiſtoricorum teſtimonia, ex quibus, hoc loco, ſaltem unum, ex *VVippone*, *Celebri Hiſtorico*, in *Vita Conradi Salic.* adducam; ubi, Erneſtum Ducem, cum ad oppidum, quod *Ulma* vocatur, veniſſet, ſuosque ad fidem ſibi ſervandam, hortatus eſſet, ſequens Reſponſum, à duobus Comitibus, tuliſſe, memorat: (*bbb*) *Talia dicenti duo Comites, Fridericus & Anſelmus, pro cæteris reſpondebant hoc modo: Nolumus inficiari, quin nobis firmiter promitteremus contra omnes, præter eum, qui nos vobis*

(*bbb*) Extat hic, inter *Scriptores Rer. Germ.* collectos à *Piſtorio, T. 3. p. 421. ſeq.* Eundem hunc locum obſervaſſe, reperio, Nob. Dn. de BERGER *Animadv. ad Cocceji Jus Publ. App. p. 662. ſqq.*

bis dedit; ſi ſervi eſſemus Regis & Imperatoris noſtri, & ab eo juri veſtro mancipati, non vobis liceret, à vobis ſeparari; nunc vero, ſi liberi ſimul, & libertatis noſtræ ſummum defenſorem interea, Regem & Imperatorem noſtrum, habeamus, ubi illum deſerimus, libertatem amittimus.

§. XXI. Pergit *Ill.* A LUDEWIG: Und von ſolcher Zeit hat man folgende, biß dahin auch nie erhörte Wörter, und Lehr-Sätze gehöret. Erſtlich wäre dieſes ein unmittelbahrer Reichs-Adel, weil er dem Käyſer, und dem Reich, ohne Landes-Herrn, im Krieg dienete. Putamus autem, hunc utique immediatum eſſe, qui Imperatori, atque Imperio, ſine medio, in bello ſervit. Qui enim, adverſus talem, jus ſuperioritatis prætendit, onus ſane, illud probandi, effugere nequit. Quod vero ait: Nachgehends folgete hieraus, daß ſolcher Reichs-Adel ihren Lehnbahren Landes-Herrn entweder gar keinen, oder doch gar geringen Lehen-Dienſt ſchuldig wären, weil ſie ſich mit denen Lehen-Dienſten beym Käyſer engagiret, und anheiſchig gemacht fänden, ſeriem rei geſtæ ſupponit, quæ nondum ab eo ad liquidum perducta eſt. Et ſane iniquum futurum erat, ab Equitibus ſervitia exigi, ad quæ, Cæſari præſtanda, jam

illi obſtricti fuerant. Nec vero probabile, Proceres Imperii tantum ſuis Nobilibus indulſiſſe, ut, ipſis inſciis, & inconſultis, Imperatori ſervirent, vel plane in hujusmodi ſervitiorum genus conſentirent, quo, jugulum ſuperioritatis ſuæ, ſi quam habuerant, peti, facile ſubodorari poterant. (*ccc*) Addit *Ill. Autor*: Ja man denen Lebenbahren Landes-Herrn alle Landes-Hoheit in denen Stücken, abſonderlich welche nicht alle Tage vorkommen, und in Andencken geweſen, zu ſtreiten angefangen, und die Teutſche Rechts-Regul, quod omnis Vaſallus regulariter ſit ſubditus, übern Hauffen geſchmiſſen. Velim, adjectum fuiſſet fundamentum illius regulæ, quod vaſallus, apud Germanos, ſine diſcrimine, clauſa, an non clauſa, territoria ſint, ſimul ſit ſubditus. Sane vaſallagium, ſua natura, à ſubjectione diſtingvitur; nec id minus inter Teutones hodie, quam olim, inter Longobardos, uſu venit. Quod in Saxonia, & aliis

(*ccc*) Fieri potuit, ut unus, alterve, ſe hoc modo Ordinum Imperio ſubduceret, & jugum excuteret; ſed, connivendo, pati, ut tanta Nobilium multitudo, conſenſione facta, ſervitutem exueret, & ſe in libertatem aſſereret, adeo ab omni veritatis ſpecie abhorret, ut, niſi liquidiſſima rerum documenta tale quid probaverint, quod nunquam fieri poterit, fidem mereri non debeat.

Digitized by Google

aliis quibusdam territoriis clauſis, aliud receptum, nequaquam regulam efficit, ſed, ad peculiarem conſvetudinem, referri debet, quæ non valet, niſi ubi ſpeciatim introducta eſt. Alias vero bona, quæ, Nobiles, ab Ordinibus Imperii, tanquam feuda, recognoſcunt, nihil eorum conditioni immediatæ derogant. Neque enim hi aliam in eos jurisdictionem, quam feudalem, iis in locis, ubi *Landſasſiatus* non obtinet, jure exercent. (*ddd*)

§. XXII. Contendit præterea *Celeb. Autor:* Daß es darbey nicht geblieben, ſondern die Ritterſchafft habe angefangen, ſich in eigene Geſellſchafften, und Staaten, zu ſchlagen, darüber einen Ritter-Hauptmann, Ritter-Räthe, Ritterſchafftliche Conſulenten, und Bediente, anzunehmen, eine Ritterſchafftliche Caſſe zu formiren, und ſo zu reden, territorium in territorio, im

F 2 Staat

(*ddd*) Hinc quoque, in *Pace Weſtphalica, art. 5. §. 28.* Nobilibus Immediatis, jus reformandi, ſeu circa ſacra, quod, ſine dubio, præcipuam quandam, Superioritatis Territorialis, partem conſtituit, perinde ut Electoribus, Principibus, & in genere, Statibus, non tantum, intuitu bonorum allodialium, ſed & feudalium, tribuitur; luculento indicio, qualitatem feudalem huic nequicquam obſtare. Add. *Limn. I. P. L. 6. c. 3. n. 3. ſeqq.* SCHWEDERUS *Introd. in Jus Publ. P. Sp. S. II. c. 18. §. 2. in fin.*

Digitized by Google

Staat einen neuen Staat, anzurichten. Ubi vero Ordines Imperii, antiquiſſimis his inſtitutis, ſe oppoſuere? aut, ſi contradixerunt, ubi improbata illa, nec potius expreſſe confirmata ſunt? Sane, cum quondam jus, diætas ſeu conventus publicos, non impetrata licet venia, inſtituendi, Nobilitati liberæ, à Principibus quibusdam, in dubium vocatum eſſet, graviter de eo conqueſta eſt, & in Gravaminibus, quæ jam *A. 1523.* Imperatori, Statibusque Norimbergæ exhibuit, ducentorum annorum poſſeſſionem, & obſervantiam, allegavit, idque conſecuta eſt, ut hoc jus, ſpeciali & expreſſo privilegio, communiretur, ab *Imp. Ferdinando I. A. 1555.* quod deinceps *Rudolphus II. Anno 1609.* repetiit, & confirmavit. (*eee*) Nec vero liberi Nobiles prius in ſpecialia corpora coiiſſe, Senatum, & peculiares Magiſtratus Equeſtres, inſtituiſſe leguntur, quam ubi jam terras immediatas poſſederunt; quæ utique ſeparata territoria erant, Statuum licet vicinorum territoriis circumſepta; ut hinc perperam, & ſine ullo fundamento, dicatur, eos territorium in territorio, Statum in Statu, formaſſe. Nunquam enim oſtendi poterit,

(*eee*) NOLDEN. *de Stat. Nob. c. 17.* SCHWEDER. Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 18. §. 11.

erit, eos tum Principibus, aliisque Statibus fuiſſe ſubjectos, &, via facti, ſe ab eorum ditionibus, exemiſſe.

§. XXIII. Nec vero ullam, non dico veritatis, ſed probabilitatis ſpeciem habet, quod *Ill. Autor*, cauſam libertatis Nobilium fuiſſe, ait, negligentiam & oſcitantiam Principum, cum ait: Weil die geiſtliche Landes-Herren vom Capitel, die Weltliche von ihren Hoff-Bedienten, die alle aus dieſem Adel, eingeſchläffert, eingenommen, und mit hunderterley Farben ihre Augen bekleiſtert worden. Talia dicuntur facilius, vel finguntur potius, quam probantur. Nullum hujus aſſerti idoneum indicium afferri poteſt. Nec quisquam crediderit, tot Principes & Status, tam fatali lethargo oppreſſos, tantæque, vel negligentiæ, vel ſimplicitatis, fuiſſe, ut ſibi, à Nobilibus Miniſtris, & Conſiliariis ſuis, tam craſſe imponi, & tanti momenti jura conculcari, ultro paterentur. Addit: So ſind endlich die Käyſerliche Privilegia, abſonderlich von den Zeiten Maximiliani und Ferdinandi I. hinzukommen, und dergeſtalt erhäuffet und eingeſchärffet worden, daß man faſt aller alten Einrichtung in ſolchen Landen vergeſſen, und vermeynet hat, daß dieſes alles keine neue Geburth,

 ſondern

ſondern ein alter Ausfluß des Teutſchen Adels ſeiner Freyheit ſey. (*fff*) Sed, quamdiu demonſtrari nequit, quod nunquam futurum eſt, Nobiles illos, quibus memorata privilegia, à Cæſaribus indulta ſunt, inprimis poſt extinctam, in Svevia, Hohenſtaufiorum familiam, Ordinibus paruiſſe, nec ſui juris factos, nemo privilegia illa, ampliſſima licet, in ſuum præjudicium conceſſa fuiſſe, jure queri poteſt. Quod is, qui jure ſuo utitur, nemini injuriam faciat, vulgata eſt Doctorum regula.

§. XXIV. In ſequentibus oſtendere ſatagit, quomodo factum, ut Ordo Equeſtris tandem ſibi jura Superioritatis territorialis arrogaret: Weil auch, ait, darauf verſchiedene aus der Ritterſchafft die Feder entweder ſelbſten, als Caſpar Lerch à Dürnſtein, der von Gemmingen, Lendersheim, u. a. ergriffen, oder doch Leute, die damahls den beſten Ruff, in der Nachricht von Teutſchen Sachen gehabt, bedungen und gehalten, in welche Zahl Beſoldus, Bidenbach, Breitſchwerd,

(*fff*) Sic vero accuſatio, Nobilibus hic intentata, in ipſos Auguſtiſſimos Cæſares redundat. Quod, quomodo vel cum reverentia, his debita, vel etiam cum fide hiſtorica, conciliari poſſit, *Ill.* AVTOR viderit.

ſchwerd, Kreidemann, Deckerus, Frueauff, Mauritius, Pregizer, Reichmeir, Schvveder, und abſonderlich Knipſchild, in einem mächtigen Folianten, von der Reichs-Ritterſchafft, wie auch Burgemeiſter (*ggg*) in verſchiedenen Schrifften, nebſt andern, gehören; ſo iſt dieſer neue Ritterſchafftliche Staat je länger, je behertzter worden, ſo daß ſie ſich endlich Graffen und Fürſten gleich gehalten, und den Leuten in dem Reich eingebildet haben, daß ſie ihre Freyheit eben aus der Urſache, wie jene hätten, indem ſie nehmlich entweder, wie im Rheinſtrom, ſich von dem Kayſer ausziehen, und eximiren laſſen, oder aber, wie in Francken, und Schwaben, nachdem das Geſchlecht der letzten Hertzoge unter Conradino A. 1269. ausgegangen, die Landes-Hoheit auf ſich gebracht hätte. Quod omni tempore, complures extiterint, tam ex ordine Nobilium, quam alii Eruditi Viri, qui, pro tuenda Ordin. Equeſtris libertate, calamum ſtrinxerunt, ejusque jura propugnarunt, indicium bonæ cauſæ eſt; cui pauci, ſe opponere, auſi ſunt.

Supe-

(*ggg*) Hic, præ cæteris, omnia prope ſcripta, quæ pro Juribus Nobil. Immed. prodierunt, magna cura, diligentiaque, in *Bibl. Equeſtri*, ſuperius laudata, repræſentavit, atque recenſuit.

Superioritatem vero, quam ſibi Equites liberi, jure ſuo aſſerunt, ex ipſa conditione immediata terrarum, quas poſſident, fluere, & neceſſario conſequi, ſuperius demonſtratum eſt. Nec abſurdum eſt, Nobiles non minus juris, in ſuis terris, habere, quam Principes, in ſuis territoriis. Nec apparet, cur non eandem, libertatis ſuæ, originem jactare debeant, quam alii, quorum plerique, poſt ultimi Sveviæ Ducis è vita exceſſum, in libertatem ſe vindicarunt; quod alibi ipſe Dn. à LVDEWIG haud diffitetur. (*bbb*) Neque opus fuerat, ut legatis Sveciæ *An. 1648. Oſnabrugæ*, pacis ineundæ cauſa, congregatis, aliquid perſvaderetur, ut putat, de quo jam ſatis ex hiſtoria poterant edocti eſſe; aut, ſi id ignorabant, veritatem, non commenta; ut *Ille* fingit, didicerunt. Regula vero, *Cujus eſt Regio, illius eſt religio*, non metuenda erat illis, qui res ſuas ſeorſim habuerant, neque partem regionis conſtituebant.

§. XXV. Pergit *Dn. a* LVDEWIG: Nach welchen Vornehmen und Schluß es dieſer Ritterſchafft leicht geweſen, ſich eine Klammer in der Wahl-Capitulation (Die Reichs-Ritterſchafft mit

(*bbb*) Vid. GIOVANNI *in Germ. Princ. Not. Auſtr. c. 2. p. 258. ſeq.*

Digitized by Google

mit eingeſchloſſen) auszubitten, und ſolche zu erhalten. Mirum eſt, potuiſſe *Celeb. Virum* eo delabi, ut nec ſanctiſſimis Imperii legibus, quæ *Capitulationes* vocantur, parceret; quibus, tantum non ſub- & obreptitie, clauſulam illam, quæ Nobilitati Immediatæ favet, eandemque cum Principibus, & Statibus conjungit, inſertam fuiſſe, contendit. Precibus non erat opus, ubi res ipſa loquebatur, & pro Ordine Equeſtri pugnabat. Et jam diu ante, quam Capitulationes ſcripto comprehendi cœpiſſent, illi ſatis proſpectum fuerat. (*iii*) Adjicit *Dn.* Autor: Welches alles denn die Ritterſchafftliche Rechts-Lehrer ſo dreiſte und kühn gemachet, daß ſie gantze Bücher von dem, ſo lange Teutſchland ſtehet, unerhörten Landes-Adelichen Hoheit in die Welt hinein zu ſchreiben, ſich unterfangen. Cum appellatio der Landes-Hoheit, velut pro Nobilibus auguſta nimis, *Ill. Virum* offendere videatur, ſubſtituat, ſi libet, aliam, eamque vocet Adeliche Dorffs-Hoheit, aut Landes-Herrſchafft, Dorffs-Herrſchafft,

 modo

(*iii*) Non in ſolis Capitulationibus, ſed & aliis Impp. LL. ſigillatimque in Inſtrumento Pacis, Nobiles Immediati, cum Ordinibus, conjunguntur. Vid. *art. 3.* & *art. 5. §. 2.*

modo per eam intelligat poteſtatem, quæ Ordini Nobilium, in terris Immediatis, competit; vi cujus tantum ibi regulariter poſſunt, quantum Ordines Imperii, in ſuis diſtrictibus, & territoriis. Quo minus enim paria in illis jura, cum his, exerceant, Cæſares non impediunt, in eorum amplificationem ſolicite intenti; Principes vero & Status vicini, niſi contrarium, ex liquidis fundamentis, oſtendant, nullum jus contradicendi habent. Unde, ſi eorum aliquis Nobilem, ab eorum exercitio, hoc ſolo obtentu, quod ſuperioritatem territorialem non habeat, prohibere vellet, in promtu foret defenſio, quod hæc objectio, jus tertii, Cæſaris, atque Imperii, à quibus nihil moveatur, concernat, adeoque nequicquam attendi debeat. (*kkk*)

§. XXVI. Imo in ipſum Cæſarem, atque Imperium, Ordinem Equeſtrem, injurium fuiſſe, *Ill. Autor* putat; dum oneri, ſervitia præſtandi, ſenſim ſe ſubduxerit. Ita enim *Ille*: Und, welches das allermeiſte, ſich endlich auch vom Käyſer und Reich, in Anſehung der Lehen-Dienſte, dergeſtalt

(*kkk*) Igitur, intuitu vicinorum Statuum, nihil in effectu intereſt, utrum Nobiles Immediati, vi privilegii, an Super. terr. jura ſua exercere dicantur. Si quod, hac in parte, dubium movendum eſſet, non ab ipſis, ſed ab Imperatore, atque Imperio, id fieri oporteret.

ſtalt loßgewürcket haben, dann weil von andert halb hundert Jahren her der Gebrauch den Land-Adel oder Lehen-Adel im Felde zu haben (davon in obigen Bedencken die Urſachen angeführet) gantz abgekommen: haben die Ritterſchafftliche Glieder mit dem Käyſer, unter der Hand, ohne das Reich darüber zu hören, ſich dergeſtalt verglichen, daß ſie bey entſtandenem Reichs-Krieg demſelben was Gewiſſes geben, und dabey nicht etwa den Nahmen der Ritter-Pferde, oder Ritter-Dienſte, ſondern, gleich als wenn es ein Gnaden-Geſchenck an den Käyſer wäre, das Wort Charitativ gebrauchen, mithin ſowohl ihren Lebens-Herrn, als dem Käyſer und dem Reich, allen Dienſt aufgekündiget, und auf eine in der That unverantwortliche Weiſe, aufgeſaget haben.

§. XXVII. Eſt hoc inſigne exemplum, quousque, affectuum ſtudio, ſe homines abripi patiantur. Cum ſemel *Ill. à* Ludewig conſtitutum fuiſſet, Libero Equeſtri Ordini bellum indicere, ejusque jura, juſtiſſimis titulis acquiſita, quantum poſſet, infringere, etiam in optimis inſtitutis, & ubique conſvetis, ubi nulla prorſus in eo culpa reſidet, innocentiam ejus laceſſere, haud veretur.

 Felo-

Feloniæ crimen eidem, velut ob denegata Imperio ſervitia, non obſcure impingit. Vel ignoraſſe *Ipſum*, vel oblitum eſſe, quod utrumque tamen ſuſpicari nolim, vel denique ſtudio diſſimulaſſe, oportet, quod nihil hic, ab Ordine Equeſtri, niſi volente, atque conſentiente Imperatore fiat; quod ſemper, citatus, eidem præſto fuerit, ad vitam & ſangvinem, pro Cæſare atque Imperio, profundendum, paratus; *(lll)* quod denique nihil hic occurrat, quod non perinde, & eodem plane modo, à mediatis etiam, & Landſaſſiis Nobilibus, agatur.

§. XXVIII. Quis enim ignorat, in territoriis etiam mediatis, & clauſis, v. g. Saxonia, Nobiles vaſallos, eosdemque ſubditos, non amplius, ad ſervitia militaria præſtanda, convocari ſolere, ſed eorum loco, & velut in compenſationem, certam pecuniæ ſummam, quæ & ipſa *præſent-* item *donativ-* Geld, audiat, Principibus ſuis ſolvere? Ergo & his propterea lis movenda eſſet; etiam hi, graviſſimi criminis, rei conſtituendi forent. Nec ratio, nec jura feudalia, plus à Vaſallis exigunt, quam

(*lll*) Fatentur hoc Ipſi Cæſares, pene in omnibus Diplomatibus ac privilegiis, Illuſtriſſimo huic Ordini, conceſſis.

quam ut domino, volenti atque jubenti, ſervitia præſtent; quibus uti, ſi is commodum ſibi haud judicaverit, culpa hi utique vacant; neque vel officii neglecti, vel omnino violatæ fidelitatis, rei jure poſtulari queunt. Pecunia etiam modo ſolvatur, Cæſar, atque Principes, parum curare ſolent, quo nomine veniat, an *charitativ- præſent-* aut *donativ-* Gelder, appelletur. Neque hæc nomina ratione deſtituuntur; cum utique vaſalli, præter ſervitia militaria, ad quæ obſtricti ſunt, alii, eidemque pecuniario oneri, niſi volentes, ſubjici haud ſoleant. Quo intuitu, Immediati Nobiles, cum *ſubſidium charitativum* ſolvunt, literas Reverſales, quas vulgo dicunt, accipiunt. (*mmm*) Imo conſtat, eo caſu, ubi, per modum *communis denarii*, collectæ, in Imperio, indicuntur, nullum omnino diſcrimen, inter Nobiles Immediatos, aliosque Imperii vaſallos, atque ſubditos, ſervari. (*nnn*)

§. XXIX. Sic itaque corruunt, & convel-

 luu-

(*mmm*) *R. I. de A. 1550.* §. Wir / oder der / ſo an Unſer ſtatt. *Maurit. d. Nobil. th. 51. Sprenger. Lucern. Mod. Stat. Imp. c. 3.*

(*nnn*) *R. I. d. A. 1542.* §. und nemlich ꝛc. *& d. Ann. 1554. Schwed. Introd. in Jus Publ. P. Sp. S. 1. c. 26.* §. *14.*

luntur facile, quæ *c. l.* ſequuntur: Deſſen, inquit, ich mich bey dieſer Materie von der Beſchaffenheit der Geiſtlichen Fürſten-Lehen in Teutſchland, deßwegen erinnere, weil dieſer ihre Beſchaffenheit zu denen Ritterſchafftlichen unmittelbahr ſogenannten Reichs-Staaten, beſagter maſſen, den vornehmſten Grund geleget haben, und ſolcher Geſtalt haben die in Francken, Schwaben, und dem Rhein-Strom gelegene Stiffter ihren gantzen geſammten Land-Adel eingebüſſet, und verlohren, ſo, daß ſolche nunmehro die Reichs unmittelbahre Ritterſchafft heiſſen, keine Landes-Hoheit denen Geiſtlichen Reichs-Fürſten zugeſtehen, auch von dem Lehens-Band kaum ein Schatten mehr übrig gelaſſen haben. Colligit enim hæc *Ill. Autor* ex ſuppoſitis, quorum nihil probavit, & quæ nunquam probare poterit. Jure ſuo utitur Equeſtris Ordo, pactisque & privilegiis tutus, facile hujus generis inſultus deſpicit, & contemnit. Præſtant Nobiles Principibus, aliisque Statibus, quibus nexu feudali tenentur, ea, quæ ipſis, ut vaſallis, incumbunt, cæteroqui ab eorum ſubjectione liberi, ſolique Imperatori, & Imperio ſubjecti. (*ooo*)

§. XXX.

(*ooo*) Claſſicum canere velle *Ill. Autor* videtur,

§. XXX. Sed Dn. à Lvdewig, ne temere, & ſine fundamento, quid dixiſſe videatur, Syllogiſmum expromit, quo uno à quovis facile totam Ordinis Equeſtris prætenſionem, de ſuperioritate, deſtrui & eludi poſſe, exiſtimat. Ait: Wer an dem Geheimniß dieſer neuen Geburth von Adelichen unmittelbahren Reichs-Staaten zweiffelt, der darff nur dieſen Grund-Satz ihren Vorſprechern vorhalten: „ Wer nicht einmahl die klei-„ ne Regalia hat, der kan ſich weder der groſſen noch„ hohen Regalien, noch vielweniger der Landes-„ Hoheit anmaſſen; „ Qui enim non habet minus, ille neque præſumitur habere majus. Nun werden ſich unter der geſammten Ritterſchafft gar wenige finden, auf deren Guter nicht andere Landes-Fürſten, Graven, Prälaten, und Herren entweder die Fräiſch- oder Hohe Gerichte, oder auch die Cent- und Vogtheyliche Gerichte, oder etwa die Zölle, das Geleit, Tabernen-Recht, Kirchweyh-Schutz, Pfarr-Lehen, Jagten, Oeffnungs-

dum, contra Ordinem Equeſtrem, Principes animare ſtudet; quorum aliqui jam per ſe ſatis, eorum libertati imminent, illosque, territoria ſua velut interſecantes, non adeo propitio vultu, aſpiciunt. Sed, nihil huic Ordini metuendum eſſe, pridem obſervavit *Sever. de Monzamb. in Libr. d. Statu Imp. Germ. c. 1. §. 14. in fin.*

nungs-Gerechtigkeit, oder andere dergleichen Stücke, von niedern Regalien haben, und beſitzen; Welchemnach dann, da dieſe als das kleine, ja dasjenige, was faſt alle Landesſäßige von Adel in denen geſchloſſenen Provinzien haben, der unmittelbahren Reichs-Ritterſchafft weder überhaupt, noch eintzeln Gliedern davon zukommen: ſo wäre je ein verkehrter Schluß, wenn man glauben wollte, daß dieſen Ritterſchafftlichen Gliedern eine Adeliche Landes-Hoheit zugeleget werden müſte, als welche ein Begriff von allen hohen und niedern Regalien überhaupt iſt. Ubi primo nondum conſtat, quod liberi Equites titulum *Statuum Imperii*, Reichs-Staaten, ſolicite affectent; quamvis & hunc, ſuo modo, ſi animum ab actuali ſuffragii jure, in Comitiis, abducas, iisdem convenire, *Titius*, ſcriptor extra omne partium ſtudium conſtitutus, *loco* ſuperius *cit.* moneat. (*ppp*) Neque enim, qui eminentem, in terris ſuis, poteſtatem, ſeu *ſuperioritatem*, ſibi vindicat, hoc ipſo ſe,

(*ppp*) Negari tamen nequit, ſubinde Ordinem Equeſtrem jus ſuffragii, velut poſtliminio, quæſiviſſe, quod tamen nondum obtinere potuit. Niſi quod *Ganerbinatus* Fridbergenſis hodienum ad Comitia, in quibus tamen haud comparet, invitari ſoleat. *Schweder. Introd. in J. P. P. Sp. S. 2. c. 18.* §. *6.*

ſe, Statum Imperii, dicit. Equidem, inter Status locum tueri nequit, niſi qui Superioritate Territoriali gaudet; quippe quæ, ad neceſſaria eorum requiſita, pertinet. Sed nihil impedit, quo minus quis hanc exerceat, nec tamen ſimul ſe Statum Imperii ferat.

§. XXXI. Sed jam paulo attentius examinemus, vim Syllogiſmi, cujus ſtringentem vim tantopere Dn. à LVDEWIG jactat. Colligit: **Wer nicht einmahl die kleine Regalia hat, der kan ſich weder der groſſen und hohen Regalien, noch vielweniger der Landes-Hoheit anmaſſen.** Hæc major propoſitio manifeſte falſa eſt. Nam, vel in ipſis territoriis clauſis, plerique Principes, & Status, in vaſallorum ſuorum, qui ſimul ſubditi ſunt, prædiis non habent regalia minora, v. g. merum Imperium, Jurisdictionem Civilem, jus venandi, piſcandi & ſimilia. Quis vero inde colligat: Ergo, nec Superioritatem, ibi habent? Contra potius firmiſſimum argumentum, ad quod nihil ſolidi reponi poterit, hoc eſt: *Cuicunque in alieno territorio, non niſi unum alterumve Regale minus, aut, ſi mavis, omnia etiam Regalia minora, competunt, ille ſibi Regalia majora arrogare nequit, multoque minus ſuperioritatem, in eo, jure prætendi; Atqui Status*

vicini, in Nobilium Immediatorum terris, tantum Regalia minora habent; Ergo majora, Ergo Superioritatem, in illis, ſibi vindicare haud queunt. In vulgus notum eſt, quod, majus quidem, continere ſoleat regulariter minus, & à majori ad minus colligi; Sed qui ita argumentetur: *Quicunque minus habet, is etiam habet majus*, nondum ex Logicis, etſi tantum Logicam naturalem calleat, videre contigit. (*qqq*)

§. XXXII. Intelligit *Ill. VIR*, quam parum præſidii, in majori propoſitione, ad hypotheſin ipſius firmandam, conſtitutum ſit. Progrediamur ad minorem, quæ ita habet: **Nun werden ſich unter der geſammten Reichs-Ritterſchafft gar wenige finden, auf deren Gütern nicht andere Landes-Fürſten, Graven, Prälaten, und Herren, entweder die Fraiſch- oder hohe Gerichte, oder auch die Zent- und Vogtheylichen Gerichte ꝛc. oder andere dergleichen Stücke, von niedern** Regalien **haben und beſitzen.** Manifeſtum eſt, ſi vel maxime detur, rem ita ſe habere, cum major, ut vidimus, vacillet, imo apertâ falſitate laboret, nihil

(*qqq*) Paſſim quoque Landſaſſii Nobiles, in prædiis ſuis, Regalia minora, ut vidimus, exercent, nec tamen propterea in majora involare queunt.

Digitized by Google

hil inde, adverſus Nobilium Immediatorum jura, exſculpi poſſe; ſed hoc ipſo, dum Principes, aliique vicini Status, tantum jura quædam ſingularia, eademque minoris momenti, in eorum terris immediatis exercent, eorum regalia majora, & ſuperioritatem, eo magis adſtrui, & in tuto collocari. Cum enim Status illi non plus, quam ipſis competit, hoc eſt, regalia tantum minora, ſibi vindicare queant, penes quem igitur erunt majora, & penes quem ſuperioritas? Sane alius nominari nequit, quam Nobiles, qui domini locorum ſunt. Namque Cæſar, atque Imperium, nondum ſe, huic ipſorum inſtituto, oppoſuit, nec litem ipſi, ſuper hoc eminenti jure, movit. Sed &, intuitu minoris propoſitionis, quæ factum comprehendit, non ſtatim *Ill. Cancellario*, fides, ſine probatione, haberi poteſt. Ego vero non dubito, in Franconia, Svevia, & Terra Rhenana, complures Equites numerari poſſe, in quorum terris immediatis nihil alii juris habent. At enim vero, cum id plane nihil, ut vidimus, ad rem faciat, nec cauſam feriat, ſupervacaneum fuerit, in ejusmodi facto eruendo, ejusdemque veritate inveſtiganda, operam impendi. Sic igitur tota vis Syllogiſmi, in quo tantum roboris ineſſe, *Dominus a* LVDEWIG exiſti-

mat, evanuit, & in fumum, quod plurimi ajunt, abiit. (*rrr*)

§. XXXIII. Ex dictis patet, non habere Illuſtrem Equitum Liberorum Ordinem, cur ſibi, & juſtiſſimæ cauſæ ſuæ, ab *Ill.* hoc Adverſario metuat; qui, tam leviter armatus licet, nihiloſecius terrorem ipſi incutere audet. Miror, potuiſſe Ipſum his minis uti: Allein dieſe Sache verdienet eine eigene Arbeit, deren ich mich lange gewegert, endlich aber, da die Wahrheit, aus ſo vielen Gründen herfür bricht, mich ſolcher, auf ſo langes und inſtändiges Anhalten, der in dieſem Stücke vereinigten Fürſtlichen und Gräfflichen Höffe zu unterziehen, und auf mich zu nehmen, mich faſt Gewiſſens halber genöthiget finde. Non crediderim, ſerio *Ill. Virum* moliri opus, quod, nullis ſolidis principiis, fundamentisque, ſuperſtrui poſſe, ipſe optime ſcit, atque intelligit. Si non alio, quam hoc, ſcrupulo conſcientia ejus vellicatur, ſummam illius tranquillitatem ſibi polliceri poteſt. Ubi à præjudiciis, & partium ſtudio animum abducet, nec

(*rrr*) Sic ergo regula, quæ, pro Nobilibus Immediatis, eorumque Superiorit. territ. militat, firma eſt, etſi forte, hoc, vel illud, jus à ſe exercitum fuiſſe, probare haud poſſint; modo illi, cum quibus litigant, contrariam poſſeſſionem, docere nequeant.

nec niſi juſtitiam ante oculos habiturus eſt, ut promittit: Daß er ſich aller Vorurtheile enthalten / und das bloſſe Licht und Recht vor Augen haben werde/ certus ſum, eum ingenue victas manus daturum, neque liberi Equitum Ordinis jura in poſterum in dubium vocaturum eſſe. De quo eo minus dubito, quod & Ipſe jam, dignitatem, & jura Nobilitatis Imperialis, à Cæſare, conſecutus eſt; ubi, ſi forte in patria ſua, Svevia, terras immediatas, quod, pro magnitudine opum, & facultatum ejus facile evenire poteſt, ſibi comparaverit, Superioritati ſuæ Territoriali ipſe præjudicabit, & propria vineta cædet, ſi eandem, Nobilibus liberis, denegare, porro & amplius anniſus fuerit. Dum etiam, multorum ingratiis, ut ipſe ominatur, tale quid audebit, horum favorem, illorum odium experiri poterit; ſed cordatus nemo, ipſum veritati litaſſe, nec potius magnum hic naufragium paſſum eſſe, putabit. Nec vero, Ordini Equeſtri, unquam deerunt, qui, cauſæ ipſius, tanta juſtitia & æquitate ſuffultæ, patrocinium ſuſcepturi ſint. Quod enim pauciſſimi reperti fuerint, qui ſe Ordinis Equeſtris juribus opponerent, quod *Dn. à* LUDEWIG male habere videtur, rurſus ad bonitatem cauſæ, quæ pro eo militat, referri debet; & viri cordati nomen utique meretur, qui, ab oppugnatione juſtæ cauſæ, abhorret. Adulationis vero, ſigillatim in Aula Würtenbergica, exempla, nec nota nobis, neque, in cauſa tam juſta, citra cavillationem, adduci poterunt. Quin potius laudem illi, apud omnes æqui amantes, merebuntur, quod, in Principali licet Aula viventes, ta-

men ab aſſentandi ſtudio, quod alias JCtis tam familiare eſt, (*sss*) longiſſime alieni fuerint.

§. XXXIV. Et quid opus eſt plura? Ipſi Cæſares, terris Nobilium immediatis Superioritatem Territorialem cohærere, ex eaque, ut & privativa homagii receptione, conſequi, licet alius ibi merum Imperium, aliaque ſingularia jura, exerceat, ultro fatentur, & agnoſcunt. Ita enim Glorioſiſſimæ memoriæ Imperator, Divus Leopoldus, diſertis verbis loquitur, in Diplomate, quod Immediatæ Nobilitati Svevicæ A. 1698. conceſſit; (*ttt*) **Als verordnen Wir/ſetzen/** ſtatuiren/ **erkennen und befehlen/ aus Kayſerlicher höchſt-vollkommener Macht/rechtem Wiſſen/zeitlichen Rath und Gutbefinden/daß rc. der Gewalt Handwercker auffzurichten aus der Ritterſchafft und deren Mitglieder** Immedietät/ Privativen/ **Erb-Huldigung** (*uuu*) **derer Unterthanen/ und** NB. **der daraus ſich ergebenden Landes-Obrigkeit/** fundiret **werden ſoll/und dieſes zwar** indifferenter, **ob ein/oder das andere Mitglied/ die Malefiziſche hohe Obrigkeit/ oder auch das Marck-Recht/item die Zehend-Steuer/ Reiß/Volck-Muſterung/**

(*sss*) Add. elegantiſſima Diſſertatio *Leyſeri*, JCti Helmſtadienſis, multo Celeberrimi, de *Aſſentationibus JCtorum*, Vitembergæ quondam habita.

(*ttt*) Vid. SCHMID. *de Superiorit. Territ. §. 9.* quæ Diſſertatio extat in BURGEMEISTERI *Bibl. Equeſtr. P. I. p. 1461. ſeqq.*

(*uuu*) Notanter ita dicitur. Neque enim hoc homagium confundi debet, cum illo, quod etiam Landſaſſii, à ſubditis ſuis, recipiunt.

ſterung / und dergleichen / habe / oder nicht. Igitur confectum, conclamatumque eſſe, puto, in ipſa Imperatoris Aula, hoc principium receptum, uſuque confirmatum eſſe, ut, qui terras immediatas poſſidet, etiam ſuperioritatem in illis habeat, pro earum modulo, & amplitudine, exercendam. (*xxx*)

§ XXXV. Hæc præcipua fundamenta ſunt, quibus Nobiles Immediati nituntur; cum ſibi, jus affigendi Mandata, jure *Vogtbeia*, contra Dominos *Centena*, vindicant. In quibus recenſendis, ſimul jam ad ea, quæ his opponi ſolent, reſpondimus; quæ proinde ſeorſim adducere, ne actum agere videamur, merito ſuperſedemus. *Ampliatio* quoque, & *Limitatio* hinc facile intelliguntur. Ad illam refero, quod 1) nihil interſit, ſive quis centenam *omnimodam*, ſive *limitatam* (*yyy*) in alterius terris immediatis, habeat. Nam, & illa, nonniſi criminum omnium coërcitionem involvit; & hactenus tantum reſtrictionem excludit; ſed ad alia jura nequicquam pertinet. 2) Quod diſtingvendum haud ſit, cujus generis Mandata ſint. Quamvis igitur vagabundos, à quibus delicta metuuntur, concernant, nihil tamen, in hæc, juris, *Centena*, competit; quippe quæ vim ſuam non prius, quam delicto commiſſo,

(*xxx*) Etiamſi alias, inter Landes-Obrigkeit, & Hohe Landes-Obrigkeit, differentia ſit, ut obſervat *Ill.* THOMASIUS, *Diſſ. de Feud. oblat. c. 12. §. 30.* hic tamen, quatenus de Nobilibus Immediatis, intuitu vicinorum Statuum, quæſtio eſt, eam ceſſare, & hæc duo ſynonyma eſſe. patet.

(*yyy*) De hac diviſione vid. REINK. *d. R. S. & Eccleſ. L. 2. Cl. 2. c. 17. n. 51. ſeqq.* LINCK. *d. Jure Cent. c. 1. §. 16.*

miſſo, exerit, &, in ſola animadverſione, occupatur. 3) Quod Dominis *Vogtheiæ*, in hoc jure exercendo, nexus feudalis non obſtet, quo vicinis Statibus forte obſtricti ſunt. Hic enim, in Terris Immediatis, ſubjectionem non infert, nec Superioritatem in illis tollit.

§. XXXVI. *Limitationem* unam tantum admitto; niſi ſcilicet alius, hoc jus, in alterius terris immediatis, ſibi legitime quæſitum eſſe, demonſtrare queat. Probatio, inquam, requiritur. Namque præſumtio, pro Domino *Vogtheiæ*, militat, qua innixus, ad jus ſuum tuendum, non ſolum remediis poſſeſſoriis, quatenus applicari queunt, ſed &, in petitorio judicio, notiſſima Actione Negatoria, (*zzz*) experiri poterit.

(*zzz*) Conſtat enim, hanc, ut & confeſſoriam, actionem, utiliter ad omnia jura, vel neganda, vel aſſerenda, & ſic etiam ad ſuperioritatem Territor. applicari poſſe.

SOLI DEO GLORIA.

VA 1 1520019

Digitized by Google